

c. scienti. 27. de reg. iur. in 6. Itaque nihil contra iuris regulas committitur, nihilque contra æquitatem inducitur, si usufructuarius prænominatus cautionem præstare tenetur. Atque ista hæc sententia satis speciose defendi posse videtur: quamvis contrariam receptiorem esse, & in praxi obseruatam, Doct. plerique contendant, Soc. in l. 1. nu. 16. ff. qui satisdat. b *Quero, b nunquid testator possit in suo testamento remittere usufructuario, quo minus teneatur dictam cautionem præstare.* ]

9 Quod si cautio usufructuario a testatore ei, cui usufructum legauit, remitti non possit, ultra Clarum nostrum, & ab eo allegatos, Doctores communiter testantur, Paulus de Monte Pico in d.l. Titia, cum testamento, 34. §. Titia, cum nuberet. 7. ff. de legat. 2. quæst. 50. num. 158. Ant. Gabr. communium conclusio. lib. 5. tit. de usufruct. conclus. 1. num. 3. Petr. Pechius de testam. coniug. lib. 5. c. 9. nu. 3. Simon de Prætis, de interpretat. ultimar. volunt. lib. 4. interpretat. 1. solut. 5. dubitat. 10. num. 74. Ioann. Gutierrez in repetit. l. nemo potest. 55. num. 276. ff. de legat. 1. Paul. Paris. conf. 95. & 96. uol. 2. Ioseph. Lud. decif. Perusin. 61. num. 13. Ioan. del Castillo d. tract. de usufruct. cap. 15. Gail. lib. 2. obseruat. 145. Donell. lib. 10. commentar. de iur. ciu. cap. 14. Ant. Faber in Iurisprud. Papin. lib. 1. tit. 12. princ. 7. illat. 7. Michael Grass. lib. 1. receper. sent. §. testamentum. quæst. 68. num. 1. Vasq. de successio. creat. §. 7. num. 22. & Pinel. ad d.l. 1. part. 2. num. 75. C. de bon. matern. Huiusque communis opinionis multiplex afferri solet ratio. Tum quia remissio cautionis usufructuarie est contra bonos mores, ac talis, vt per illam, amoto huius cautionis metu, inuitetur usufructarius ad delinquendum, ad male vtendum re usufructuaria, eamque dissipandam. Et hanc rationem Clarus quoque noster hic attingit. Tum quia nemo potest facere, & cauere, vt leges publicæ non habeant locum.

11 l. nemo. 55. ff. de legat. 1. Igitur nec testator poterit in suo testamento efficere, & cauere, ne leges, cautionem usufructuarie desiderantes, locum obtineant. Tum quia hæc confert expressus textus in l. scire debetis. 7. C. vt in possessio. legat. & c. vbi Alexander Imper. diserte rescripsit: satisfactionem usufructuarie testamento remitti minime posse. Tum etiam quia Vlpianus ex proculi mente respondit: adeo usufructum, cautionem illa non præstita, non valere: vt, si satisfactio omiffa fuerit, possit hæres rem usufructus nomine traditam vindicare; ita vt si is, cui usufructus fuit relictus, exceptione se defendere nifi fuerit, eam hæres replicatione elidere possit. l. & si usufructus. 7. ff. usufructuar. quemadmod. caueat. Ad confirmationem eiusdem sententiæ Clarus hoc loco noster, & ceteri Doctores adducunt quoque textum in l. 1. C. de usufructu. vbi Severus & Antoninus: Si usufructus, inquit, omnium bonorum testamento vxoris marito relictus est; quamuis cautionem a te prohibuerit exigi; tamen non aliter a debitoribus solutam pecuniam accipere poteris, quam oblata secundum formam senatusconsulti cautione. Verum hæc lex, pensculatiua considerata, ad propositum non pertinere videtur: cum non de cautione veri sue propriæ, sed quasi seu impropriæ usufructus loquatur. Primo enim expresse loquitur de pecunia in usufructum data, ibi, a debitoribus soluta pecuniam, & c. In si pecunia autem non verum, sed quasi usufructum constitui, patet ex §. constituitur. 2. Instit. de usufruct. Deinde loquitur de cautione, secundum formam Senatusconsulti præstanda. Atqui hanc esse quasi usufructus cautionem, elucescit ex eodem §. 2. Veri quippe usufructus cautio ex edicto prætoris præstanda est. l. 1. ff. usufructuar. quemadmod. cau. Idque non male animaduertit post alios, quos citat Hilliger. in Donell. enucleat. libro 10. cap. 14. ad lit. C.

15 Porro si conclusioni nostræ non refragatur, quod in iure generaliter traditum est, testatoris dispositionem & voluntatem pro lege obseruari debere. l. verbis 120. ff. de verb. signific. Nouell. 22. cap. 3. Nam si hoc verum est, si dispositio testatoris moribus, & legibus publicis, quas dispositio singularis, & priuata tollere, aut mutare nequit, non contrarietur, siue re-

pugnet. l. ius publicum 38. ff. de pact. dict. l. nemo 55. & l. si quis inquilinos 112. §. penult. ff. de leg. 1. Iam vero ex prædictis constat, dispositionem testatoris in proposito casu non solum bonis moribus repugnare, cum ad peccandum, & delinquendum inuitet: sed etiam legibus scriptis, quibus ad usufructum constituendum necessario requiritur cautio, contrarietur dictam cautionem præstare.

17 Similiter non aduersatur, quod quisque rerum suarum sit moderator, & arbiter, etiam abutendo. l. in re mandata. C. mandati. sed et si 25. §. conclusiuit. 11. ff. de hæredit. petit. Ideoque in præsentibus quoque casu testator super re sua, pro arbitrio, disponere, & cautionem usufructuarie legatario remittere possit. Sic enim quilibet rerum suarum moderator est, atque arbiter, vt tamen arbitrium, & moderamen eius legibus sit adstrictum. Id namque liberum putatur, quod sub certa lege est liberum: & libertatem legibus esse circumscriptam, cuius definitio libertatis tradita a Iustin. in §. 1. Instit. de iur. personar.

18 Nihil si item obfistit, quod ei, cui licet, quod plus est, non sit denegandum, quod est minus. l. non debet 21. ff. de reg. iur. Testatori vero liceat totam rem suam plena proprietate relinquere legatario. Igitur eidem, & quidem multo magis, liceat usufructum, cautione remissa, relinquere. Argumentum si namque a maiori ad minus, & contra, procedit, vbi non est diuersa ratio maioris, & minoris. Ast hic diuersa est ratio; si quidem testator donando, aut legando rem suam, aut rei suæ plenam proprietatem, non peccat, aut delinquit, nec alterum ad delinquendum prouocat. Ceterum usufructum alicui, remissa cautione, legando inuitat legatarium ad delinquendum, & in leges insuper publicas committit. Dispositionem si autem siue conuentionem omnem, quæ turpem continet causam, & ad delinquendum inuitat, nullius esse momenti, apparet ex l. si vnus 27. §. pacta, q. 4. ff. de pact. l. illud 5. ff. de pact. dotalib. Harprec.

21 d. Contrarium tenuit Bart. & c. Quod si cautio ista hæc, quæ ab usufructuario hæredi præstanda est, per testatorem, qui usufructum improprium rerum fungibilium, quæ ipso usu conteruntur, reliquit, remitti haud possit, præter Clarum nostrum, & alios ab ipso hic allegatos, tenent Simon de Prætis, de interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpret. 1. solut. 5. dubit. 10. num. 79. Pinel. in d.l. 1. part. 2. C. de bon. matern. num. 76. vers. ampliatur etiam, & c. H. in d.l. 1. C. de usufruct. Donell. lib. 10. Comment. de iur. ciu. cap. 4. ibique Hilliger. in suis not. ad lit. E. Fachin. lib. 8. controuer. iur. cap. 42. Ioan. del Castillo d. tract. de usufruct. cap. 15. num. 32. hosque referens H. dict. lib. 2. var. resolut. iur. ciu. tract. 2. quæst. 31. Horumque sententia primo perspicue confirmatur ex dict. l. 1. C. de usufruct. vbi diserte sancitur: cautionem usufructuarie a testare non posse remitti. Quam legem de cautione quasi siue, im proprii usufructus accipiendam esse, iam supra ostensum est, num. 13. Deinde si in l. si pecunia 6. ff. vt in poss. legatorum, & c. dicitur, usufructu pecuniæ constituto, agi cum hæredem huius usufructus nomine non posse, nisi satisfactum fuerit. Pecuniam autem in hac materia æquiparari ijs, quæ usu consumuntur, clarescit ex d. §. 2.

23 Instit. de usufruct. Præterea si quoties actus aliquis sub conditione fieri permittitur, tunc nisi impleta fuerit conditio, actus perfectus non censetur; quoniam, deficiente conditione, actus quoque deficit, & ea existente, actus demum vires accipit. §. sub conditione 4. Instit. de verb. oblig. Atqui usufructus in rebus illis, quæ usu consumuntur, sub conditione constitui permittitur senatusconsulto; sub hac, inquam, conditione, si satisfactio præstita fuerit. d. §. 2. ibique ita datur legatario, ut eius fiat, & c.

24 Instit. de usufruct. Accedit, quod si testator non possit accidens sine subiecto, uel uero, uel ficto constituere. Sed si testator in testamento cautionem usufructuarie remitteret; accidens, nempe usufructum, sine subiecto constitueret; cum subiectum, scilicet fictum, quasi usufructus cautio intelligatur. d. §. 2.

25 Instit. d. tit. si Denique licet de suo iure quisque, pro peculiari inducitur, pacisci queat, l. 2. §. sed quia. C. de iure iurand. propt. calum. dand. nemo tamen cauere potest, ne leges in suo testamento locum habeant. d.l. nemo 55. ff. de leg. 1. Quare cum cautio usufructuarie iure publico, id est, senatusconsulto sit instituta: cauere in testamento, ne illa præstetur, non potest. Quæ

porio

porro huic sententiæ obstare videntur, diluit. H. loco cit.

26 Addenda hic est illa satis controuersa quæstio: vtrum si testator, qui cautionem usufructuarie in præiudicium hæredis remittere nequit, possit saltem grauare hæredem, a quo usufructum legauit, vt fideiussores inopem, siue deplorata fortuna hominem, testamentum de signatum, cautionis loco ab usufructuario accipiat? Et affirmatiue non pauci concludunt, Baldus, Angelus, Salicet. & alij, quos citat & sequitur Simon de Pretis, de interpretat. vltimar. volunt. lib. 4. interpret. 1. solut. 5. dubit. 10. num. 74. idque per textum in l. tribus. 8. ff. de usu fruct. ear. rerum, & c. Quæ certe lex, si penitus inipiciatur, nihil plane probat. Non enim agit de fideiussores paupere, sed de vno ex coheredibus grauato, vt pro legatario usufructus fideiubeat. Qui quidem coheres cum in parte hæreditatis a testatore institutus fuerit: secundum communiter accipientia non pauper, sed ad fideiubendum idoneus fuit. Rectius ergo, & quidem frequentius Doctores placentiæ: non posse testatorem, qui usufructum alteri legauit, onerare, siue compellere hæredem, vt egeum, vel aliter non idoneum fideiussores accipiat. Paria namque sunt: cautionem si profus remittere, vel cogere hæredem ad fideiussores inopem accipiendum, argumentum l. quotiens. 6. ff. qui satisdare cogant. & l. 3. ff. de fideiussores. vbi habetur, paria esse, non cauere, vel minus idonee cauere. Cum igitur testator cautionem usufructuarie remittere nequeat; consequens est, nec iubere eum posse, vt hæres pauperem fideiussores accipiat. Atque ita sentiunt Hannibal in d.l. nemo 55. num. 184. ff. de legat. & ibidem Gutierrez nu. 289. Pinel. in d.l. 1. part. 2. num. 76. ad fin. C. de bon. matern. Petrus Sured. decif. 119. num. 2. & 6. Molina, de Hispanor. primogenijs. lib. 1. cap. 15. num. 28. & Ioan. del Castillo d. tract. de usufruct. c. 15. num. 4. Etsi si vero legatario, cui usufructus est relictus, cautio a testatore remitti nequit, vt hæctenus est demonstratum: nihil tamen impedit, quo minus vnus, pluresve, ex coheredibus grauari possint, vt pro legatario

apud coheredem fidem suam interponant, per textum apertum in d.l. tribus. 8. ff. de usufruct. ear. rer. & c. Nec enim hac ratione satisfactio remittitur: sed onus satisfactiois ab usufructuario in alium transfertur; quod iure prohibitum non est: siquidem sufficit, a quoctunque satisfactio, dummodo satisfactum fuerit, argument. l. si legatarij 11. ff. vt legator. seu fideicommissor. seruandor. caus. caueatur. Reliqua huic petitioni explicitius abunde ad d. §. 2. Instit. de usufructu. num. 11. & seqq. item numer. 187. & seqq. Harprec.

c Resp. quod non.] Adde, quod hoc crebrius omnes concludunt in d. l. i. in text. allegata, vt attestatur Caph. conf. 59. num. 9. vbi etiam habes, quod maritus haud potest præstare vxori licentiam nubendi infra annum luctus tanquam contra bonos mores, licet possit concedere, vt nubat lapsò anno luctus quoniam hoc sui fauore penatiter est prohibitum; sicut etiam potest remittere cautionem legatarij, & fideicommissarij ab hærede præstandam: quod ipsius fauore est inducta, vt de per Crauet. in consilio 174. col. fin. Giab.

Respon. quod non.] Et hoc adeo verum est, vt ne quidem cum principis licentia possit remitti, vel sub pena inhiberi. Rolan. a Val. toto conf. 62. vol. 1. Goucan.

d Vide in pagina præcedenti.

e Renunciare.] Adde Bart. in l. nemo potest in 3. oppos. & ibi Ial. col. fin. & 2. lect. ff. de leg. 1. Guiot.

f An autem hæres possit hanc cautionem usufructuario remittere.] Quod si hæres, postquam successit, cautionem usufructuarie usufructuario remittere possit, tradunt Glos. Bartol. Bald. & alij communiter in d.l. 1. C. de usufruct. Ripa, Crot. & Hannibal. in dict. l. nemo 55. ff. de legat. 1. & alij, quos refert, & sequitur Michael Grassus libro primo receptat. sentent. §. testamentum, quæstio. 68. numero quarto. Tamen si nonnulli contrarium speciose defendant, Ant. Faber dicto libro primo Iurisprud. Papinian. tit. 12. princ. 7. illat. 7. & Hilliger. in Donello enucleat. lib. 10. cap. 4. ad litteram E. Harprec.

QVÆSTIO LXV. SVM MARIA. Ex Claro.

1 Testator an possit prohibere insinuationem testamenti a statuto requisitam.

ADDITIONES. a Statutum, quod testamento insinuat. Cum testator non possit immutare ea, quæ pro solemnitate testamento-

QVÆSTIO LXV. Vero stat. statutum, quod testamentum insinuat, alias non va-

2 Et quid si interuenit iuramentum. Ex Additionibus. 1 Testator solemniter testamentum oram immutare nequit. 2 Testator non potest prohibere insinuationem testamenti, a statuto requisitam.

leant. Modo testator in suo testamento prohibet illud insinuari, nunquid testamentum valebit non obstante defectu insinuationis? Respondeo: rum requiruntur: recte illum nec si posse prohibere insinuationem testamenti, ex statuti dispositione, vel consuetudine requisitam, post Clarum no-

nostrum, & Doctor. ab eo memoratos, tradunt Ant. de Canario in tract. de in sinuat. instrum. q. 62. Valquius de success. creat. §. 9. n. 1. hosque referens Michael Grassus recept. sent. §. testamenti, q. 65. Harp. b Quod non.] Sed pone,

quod non, quia testator non potest prohibere insinuationem a statuto requisitam. Ita tenuit Bart. in d. l. nemo potest, num. 8. de leg. 1. & est communis opinio, ut attestantur Scribentes in l. nemo potest, & in specie

Iason in 2. lect. num. 41. & Ripa, num. 67. & Ioan. Annib. num. 272. faciunt ea, quae dixi supra quaest. 61. Sed quid si intervenisset iuramentum? Vide, quae dixi infra lib. 4. §. Donatio. quaest. 18.

quod quis testamentum haud insinuat, & sic nullum approbaverit pro se, An censetur approbasse etiam contra se; credo, quod sic, per ea quae tradit Caph. in cons. 294. num. 22. maxime ubi est approbatum cum interuentu rerum. Giac.

QVAESTIO LXVI. SVMMARIA.

Ex Claro.

- 1 Inventarium conscribere qui teneantur.
2 Testator an possit remittere confessionem inventarii heredi.
3 Et an usufructuario.
4 Et an tutore.
5 Et quid si non prohibuit, sed simpliciter remisit confessionem inventarii.
6 Et an eo casu possit Iudex, non obstante huiusmodi remissione,

ADDITIONES.

Confessionem inventarii.] Adde, quod in inventarium nihil fit aliud, quam scriptura quadam publica, continens omnium, quae reperiuntur in hereditate defuncti, descriptionem: sic dictum, quod ibi res sint, quae quaesita inde inveniunt, & reperiuntur. l. vltim. C. arbitrium tutela. Richard. in l. vlt. nu. 6. C. de iur. de liberan. Donel. lib. 7. Commet. de iur. cit. cap. 3. pag. 124. num. 40. Unde etiam repertorium appellatur ab Vulp. in l. tutor, qui repertorium. 7. ff. de administrat. & peric. tutor. &c.

Forma istius in eo potissimum consistit: ut, intra 30 dies, a tempore delate hereditatis, citatis ijs, quorum interest, adhibito Notario, & testibus, inchoetur: ac intra 60. dies, si bona sint praesentia; si vero diffusa, intra annum absoluantur. d. l. vlt. §. sin autem dubium. 2. & §. seq. C. de iur. deliber. Mynsing. in §. sed nostra. 6. Instit. de hered. qual. & differ. num. 3. & seq. Guid. Papae in tract. de form. confic. invent. Franc. Porcellinus in tract. de inventar. cap. 3. Monticulus in tract. de inventar. D. Collega Bocer. class. 3. disp. 11. th. 66. edit. 2. Fachin. lib. 4. cotrou. iur. cap. 35. & 36. Sane nostris temporibus in confessione inventarii cuiusque regionis mos, & consuetudo servanda est: cum in eo hodie consuetudo locorum dominetur, iuxta Bald. in auth. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. quem referendo sequitur D. Georg. Obrecht. disp. 20. th. 567. & seq. Harp. prec.

Quod testator non potest remittere heredi confessionem inventarii.] An testator heredi confessionem inventarii remittere possit, post Clarum nostrum & alios, quos citat, pulchre declarat Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. testamentum, q. 71. nu. 4. Ceterum si effectus inventarii varij sunt. I. Eo solemniter confecto, heres ultra vires hereditarias non tenetur. d. l. vlt. §. & si praefatam. 4. C. de iur. deliber. §. sed nostra. 6. Instit. de hered. qual. & differ. II. Pendente inventarii confessione, non potest conveniri a creditoribus. d. l. vlt. §. donec tamen. 11. C. de iure deliberand. III. Legis Falcidiae beneficio in legatis uti potest. d. l. vlt. §. & si praefatam. 4. C. cod. Ante omnia autem aes alienum, funeris impensas, & pretia servorum manumissorum deducit. §. cum autem 3. Instit. de leg. Falcid. d. l. vlt. §. in computatione 9. C. de iur. deliber. IV. Creditores res hereditarias in solutum accipere compelli queunt, si in hereditate non sit pecunia: nec haeres tenetur vendere, & se pro evictione obligare, argum. l. non dubium. 14. §. vlt. ff. de leg. 3. d. l. vlt. §. & si praefatam. 4. C. de iur. deliber. Mynsing. in dict. §. sed nostra 6. num. 13. Instit. de hered. qual. & differ. Fachin. lib. 4. controuers. iur. c. 39. V. Haeres potest creditoribus, vel legatarijs, primo venientibus, bona fide solvere, donec aliquid ex defuncti substantia superest. Et propterea si postea creditores superueniant: nulla ijs contra heredem datur actio, toto patrimonio defuncti distributo: sed contra legatarios, vel creditores, quibus res hereditariae in solutum datae sunt, vel pecunia, & illarum venditione redacta, satisfactum est, actionem hypothecariam, vel conditionem ex lege, vel aliam competentem actionem institui possunt. d. l. vlt. §. & si praefatam. 4. C. de iur. deliber. VI. Haeres, qui conficit inventarium, ex interitu rerum hereditariarum nullum damnum sentire debet. d. l. vlt. §. 4. ibi, hereditatem sine periculo habeant. C. dict. tit. Nouell. 1. cap. 2. §. 1. ibi, homines excepimus ex damno, &c. Fachin. lib. 6. controuers. iur. cap. 30. vbi utramque in patrem plures Auctores citat. VII. Obligationes, & actiones heredis contra defunctum, confecto inventario, non confunduntur: hoc est, si haeres est creditor defuncti, beneficium inventarii adhuc eius creditor manet. dict. l. vltim. §. in computatione 9. C. de iur. deliber. Huiusque ratio est: quia confessio inventarii heredem in eo statu propter ipsius commodum constituit, quo fuit ante hereditatis aditionem, At tamen obligationes, & actiones contra defunctum non fuissent confusae. Ergo quoque nec postea, Dom. Obrecht. dict. disput. 20. the. 608. VIII. Haeres cum inventario non defertur iuramentum in litem, etsi moram faciat, dict. l. vltim. §. sin autem 14. versic. quod si post. C. de iur. deliber. Et ratio est: quia inventarium omnem doli, & fraudis suspicionem tollit, ob quam hoc iuramentum deferri solet. l. in actionibus. 5. §. sed in his omnibus 3. ff. de in lit. iurand. D. Obrecht. dict. disput. 20. the. 623. vbi a thesi 573. vsque ad dict. the. 623. & alias repertorij utilitates nervose explicat. Harp. prec.

Debes considerare.] Quae ritur hic de remissione inventarii in beneficium creditorum, & legatiorum, tu vide de remissione in perniciem eorum Rolan. a Val. de contr. inue. fol. 227. Gouean.

cogere tutorem, ut inventarium conscribat. Ex Additionibus.

- 1 Inventarium quid sit, & unde dicitur.
2 Forma inventarii in quo consistat.
3 An, & quatenus testator heredi confessionem inventarii remittere possit, remissive.
4 Effectus inventarii varij, & multiplices.
5 Equid testator tutore confessionem inventarii remittere possit.
6 Num Magistratus tutore confessionem inventarii mandare queat.
7 Magis utilitatem pupilli, quam testatoris voluntatem Magistratus sequi debet.

etiam tutor conscribere inventarium. l. tutor. de quo dixi supra lib. 2. §. tutor. De his ergo singuli videndum est.

Quoad primum de haerede: Aliqui simpliciter dicunt, b Quoad testator non potest remittere heredi confessionem inventarii, & dicit Franc. Crem. inter cons. Alex. cons. 62. nu. 1. lib. 4. quod ita tenent communiter DD. Hac resolutio, in distincte intellecta, non est vera c Ideo debes considerare, quod ex non confessione inventarii

iur. deliber. VI. Haeres, qui conficit inventarium, ex interitu rerum hereditariarum nullum damnum sentire debet. d. l. vlt. §. 4. ibi, hereditatem sine periculo habeant. C. dict. tit. Nouell. 1. cap. 2. §. 1. ibi, homines excepimus ex damno, &c. Fachin. lib. 6. controuers. iur. cap. 30. vbi utramque in patrem plures Auctores citat. VII. Obligationes, & actiones heredis contra defunctum, confecto inventario, non confunduntur: hoc est, si haeres est creditor defuncti, beneficium inventarii adhuc eius creditor manet. dict. l. vltim. §. in computatione 9. C. de iur. deliber. Huiusque ratio est: quia confessio inventarii heredem in eo statu propter ipsius commodum constituit, quo fuit ante hereditatis aditionem, At tamen obligationes, & actiones contra defunctum non fuissent confusae. Ergo quoque nec postea, Dom. Obrecht. dict. disput. 20. the. 608. VIII. Haeres cum inventario non defertur iuramentum in litem, etsi moram faciat, dict. l. vltim. §. sin autem 14. versic. quod si post. C. de iur. deliber. Et ratio est: quia inventarium omnem doli, & fraudis suspicionem tollit, ob quam hoc iuramentum deferri solet. l. in actionibus. 5. §. sed in his omnibus 3. ff. de in lit. iurand. D. Obrecht. dict. disput. 20. the. 623. vbi a thesi 573. vsque ad dict. the. 623. & alias repertorij utilitates nervose explicat. Harp. prec.

Debes considerare.] Quae ritur hic de remissione inventarii in beneficium creditorum, & legatiorum, tu vide de remissione in perniciem eorum Rolan. a Val. de contr. inue. fol. 227. Gouean.

d Crauet.] Qui idid. dicit arque probat plane Guid. Papae, qui contrarium dixit, satis inaduerter loquuntur fuisse: eumque merito reprobat. Giac.

Possit remittere confessionem inventarii.] Sed quid operetur ista remissio, vide per praet. Papiet. tut. ratio gl. in suo vltimo testamento, nn. 15. Giac.

Confessione inventarii.] De ampla liberatione tutore facta a testatore tam ab inventarii confessione, quam a ratione reddenda, vide per Dec. in cons. 178. vbi dat cautelam, & plenam formam, & late de materia. Et idem in cons. 192. & 418. in vltimo dub. atque per Crauet. in consil. 195. col. 4. & 230. Giac.

Confessione inuentarii.] Ac quidem redditionem rationum remittere potest, tutore sed hoc directo, materiam per obliquum potest nimirum illi ea quorum redditus rationibus fuerit reliquor legando, Thom. Ferr. caur. 51. Inf. l. actione, C. de transact. Dec. cons. 192. Rip. l. nemo potest, nu. 40. de leg. 1. deci Pedem. 95. nu. 8. Gouean.

An possit testator remittere tutore confessionem inuentarii.] Dispositione testatoris inventarii conditione prohiberi, vel remitti tutore posse, ultra Clarum nostrum, & ab eo relatos, censent Rolandus a Valle in tractat. de inventar. c. 2. n. 8. Matie. in tract. de inventar. in princ. n. 36. Vasquis de success. creat. §. 10. nu. 67. hosque referens Grassus d. §. testamentum, q. 71. nu. 1. & 2. Harp. prec.

Prohibuit.] Solane remissio sufficiat, an vero prohibitio requiratur, vide copiose Rol. consil. 149. n. 11. 17. & 18. vol. 3. Gouean.

Numquid poterit iudex illum cogere.] Sicut inventarii confessio per testatorem prohibita, siue remissa tutore sit: voluntate tamen testatoris nihil obstante, magistratus propter utilitatem pupilli, tutore aliqua de causa suspecto, inuentarii confessio nem mandare poterit: ut pte

oriuntur plures effectus in praeiudicium heredis, quorum aliqui concernunt beneficium creditorum defuncti: puta, quia si haeres non facit inventarium, tenetur creditoribus ultra vires hereditarias, & sic de proprio satisfacere, ut dixi in d. §. sin. aliqui vero concernunt beneficium legatiorum, & fideicommissariorum: quia haeres non conciens inventarium, non detrahit Falcidiam, neque Trebellianicam, sed tenetur prestare integram legata, & fideicommissa, ut dixi infra §. substitutio.

Dico ergo: aut queris, an testator possit remittere heredi confessionem inventarii in praeiudicium, & fraudem creditorum? & Resp. quod non potest aliquo modo testator in suo testamento praediicare: & ita volunt communiter Doctores, ut dicit D. Crauetta b compatiens meus, cons. 147. nu. 11. ita etiam tenere communiter Doct. attestatur Ioan. Annib. in repet. d. l. nemo potest, num. 406. & ideo huiusmodi remissione non attenda, si haeres non confecerit inventarium, tenebitur nihilominus ipsis creditoribus in solidum satisfacere. Aut vero queris, an possit testator illam remittere in praediicium legatiorum, & fideicommissariorum, & Bal. l. fi. nu. 6. C. de arbitr. tutela, tenuit, quod non. Sed in contrarium est cois op. quod scilicet in praediicium legatiorum, & fideicommissariorum, & coharedum possit testator remittere confessionem inventarii, & dicit Paris. cons. 68. nu. 57. lib. 2. quod ita coiter concluditur. Hanc etiam opi. contra Bald. esse communem, attestatur Crau. in d. cons. 274. nu. 11. Didac. in c. 1. nu. 17. de test. & ideo hoc casu poterit haeres etiam si inventarium non confecerit, retinere sibi Falcidiam, & Trebellianicam in eorum praediicium. Sicut enim potuit testator ipsis nihil relinquere, ut multa magis, & in eo, quod relinquit, poterit eis praediicare. Faciunt, quae dixi infra q. 70.

Quoad secundum, an scilicet possit testator remittere usufructuario confessionem inventarii dic, quod non, & haec est communis opi. ut dicit Sot. in cons. 115. num. 18. lib. 1. Bellon. cons. 54. nu. 3. quod manifesta ratione corroboratur: si enim testator non potest remittere usufructuario cautionem de utendo fruendo, &c. ut dixi supra quaest. 64. neq; etiam debet posse remittere confessionem inventarii, quae est necessarium antecedens ad ipsam cautionem praestandam. Quo ad tertium, an possit testator remittere tutore confessionem inventarii: dic quod Tex. est clarus in l. fi. C. de arbit. tutel. & ita tenuit Bar. in d. l. nemo potest, nu. 12. & ita communiter tenetur, ut ait Claud. ibi nu. 31. hanc etiam opi. dicit esse communem Inf. in d. l. nemo potest, in 2. lectu. nu. 65. & seq. Licet enim tutor, qui inventarium non facit, videatur esse in dolo, dict. l. tutor qui repertorium. in princ. tamen ex quo aliquando inter est pupillorum, illud non confici, ne secreta patrimonij pandantur, ut ibi; praesimendum est testatorem illud remisisse in beneficium pupilli: & ideo dicendum est, huiusmodi remissionem non confessionis inventarii a testatore factam, valere, & observandam esse.

ter Bart. & Couar. hic a Claro citatos, notat Baldus, Cynus, Salyceus & alij in l. vlt. §. illo. C. arbitrii tutel. Soares. in d. l. com. opi. lit. I. n. 178. Grafius d. q. 71. n. 3. Manzinus in tract. de tutel. q. 3. tertiae quaest. princ. n. 6. Magis enim utilitatem pupilli, qua testatoris voluntate magistratus sequi debet, l. in confirmado, 8. & l. vlt. tit. 10. ff. de confirmand. tutor. Iodoc. Damhauder. in tract. de patroc. pupill. c. 4. a 2. c. i. seqq. D. Orbe. ch. in d. l. 18. de patroc. pupill. th. 405. & seq. Eamque re explicatis tractauimus ad princ. tit. Instit. de legit. agnat. tutel. nu. 7. & seq. Harp. i Expedire.] Vide tex. in l. utilitate, vbi Bart. ff. de confirm. tut. Ang. col. 144. circa fin. Inf. in l. cum necessitate, C. de fideicom. Guid. Pap. q. 352. & de remissione inventarii. vide eundem Guid. Pap. cons. 63. Guiot.

Ita tenet Bart.] Vide tex. in l. utilitate, vbi Bar. de confirm. tut. Ang. cons. 144. Inf. l. cum necessitate, C. de fideicom. Guid. Pap. q. 352. & cons. 73. Gouean.

Sed hoc quidem de plano procedit, vbi testator expresse prohibuit conscribi inventarium. Potest enim videri hoc casu id fecisse ad beneficium ipsius pupilli, ut supra dictum est. Sed quid si non expresse prohibuit, sed simpliciter remisit tutore ipsius inventarii confessionem, quo casu potius videtur id in gratiam tutoris fecisse? Resp. quod utroque casu idem dicendum est. Verbalis enim tantum est differentia, utrum dicatur, Veto fieri inventarium: Vel Remitto confessionem inventarii. Et ita Doct. communiter non faciunt hanc differentiam, ut dicit Crut. in repet. dict. l. nemo potest, nu. 49. quem refert Ioan. Annib. in repet. eiusdem l. nemo potest nu. 388. Et hanc opi. quod utroque casu idem sit dicendum, attestatur magis esse communem Ripa, in dict. leg. nemo potest, numero 85. Vt verum fatear, subtiliter considerando, contraria opin. est multum colorata, & sapit etiam maiorem aequitatem: & aliquando duntaxat esset scholaris Bononiensis, illam disputando sustinui in circulis: tamen in practica non recedas a communi.

Sed quid si testator confessionem inventarii tutore in testamento remisit, numquid poterit Iudex illum cogere, ut inventarium conscribat, remissione ipsa non attenda? Respond. quod sic, si ita minori expedire ei visum fuerit. Ita tenet Bartol. in d. l. nemo potest. nu. 12. qui in hoc est communiter receptus: ut attestatur Didacus lib. 2. resolutionum, capit. 14. n. 4. Potuit enim testator putare a re pupilli futurum, ut inventarium non conficeretur, & in hoc falli: aut forte tale quid post testamentum conditum, aut mortem testatoris emerisset quod noua provisione indigere videretur. Et haec opin. tanquam verior, & aequior teneunda est.